

Valentin Lorenz


## **Dissertatio Inauguralis Medica Sistens Animadversiones Qvasdam Ad Dentitionem Pertinentes**

Rostochii: Literis Adlerianis, MDCCLXXXIX.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890999066>

Druck Freier  Zugang





Pl. - 1108.  
K.l. - 408.





DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA

SISTENS

ANIMADVERSIONES  
QVASDAM AD  
DENTITIONEM PERTINENTES.

---

QVAM

CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS

MEDICAE ROSTOCHIENSIS

*PRO OBTINENDO DOCTORIS GRADV*

EXAMINI PVBLICO SVBMITTIT

VALENTINVS LORENZ

ROSTOCHIENSIS.

---

*ROSTOCHII,*

LITERIS ADLERIANIS

CIO IO CC LXXXXIX.



V I R O

ILLVSTRI, DOCTISSIMO, EXPERIENTISSIMO

CAROLO ROBERTO SIEMERLING

SERENISSIMO DVCI MECKLENB. STRELITZ,  
A CONSILIIIS AVLAE,  
MEDICINAE AC CHIRVURGIAE DOCTORI,  
EIVSDEMQUE PRACTICO NEOBRANDENBURGH  
CELEBERRIMO

FAVTORI SVO PIE VENERANDO

D. D.

A V C T O R.

V I K O

UNIVERSITÄT ROSTOCK

CAROL ROBERTO SHIMMELING

UNIVERSITÄT ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK

Animadversiones quaedam ad dentitionem infantum pertinentes.

*Prolegomena.*

Quae per ducentorum annorum et quod excurrit spatium inter homines artis medicae non rudes, sed peritissimos *de infantum dentitione* obtinuit sententia, ea nuperrime in dubium vocari, immo tanquam falsa et insulsa repudiari coepit. Quum in omnibus rebus ad graves disciplinas pertinentibus non multitudo et auctoritas eorum, qui aliquam sententiam habent, vel proferunt et defendunt, sed argumenta, quibus eam ornare et defendere student, spectanda sunt, sane quoque de infantum dentitione nuperrime dicta, licet contra vulgarem opinionem et doctrinam mirum in modum pugnancia digna sunt, quae serio perpendantur et explorentur.

Insuper opinionem huc usque regnantem impugnavit, vir ut ingenio, et praeclara eruditione, ita etiam auctoritate inter Medicos nostri aevi maxime illustris. Quid enim? Celeberrimus Archiater *Ioannes Ernestus Wichmannus*, qui scriptis praestantissimis de Medicorum scientia optime meritus non solum apud homines nostrae aetatis summam famam consecutus est, sed apud posteros quoque gratia et gloria maxime florebit, difficilem dentitionem infantum e morborum catalogo delevit, — id quod vulgo morbus existimabatur, fabulam pathologicam dicens, quoniam in rerum natura nusquam obvium sit. Olim, (uti proh dolor! et hodie passim) omnia fere mala quibus eo scilicet tempore, quo dentes enasci solent infantes affliguntur, et quorum nomina non, ut ita dicam, in aegrotantis fronte quasi typis expressa inveniuntur (*periculosae dentitionis* nomine, si Diis placet, ab imperita medicorum cohorte ornabantur. Nec ea solummodo aetate, qua infans necessarius ad comminuendos et permolendos cibos organis instruitur, magna pars Medicorum inscitiam fugam, nomen illud dentitionis quasi morbi periculosi falso et temere usurpantes, occultare studuerunt;

verum

verum etiam morbos, quorum naturam et curam ignorabant, licet longo tempore post dentitionis periodum vel adeo nono aetatis anno ingruentes, illi periculoso naturae negotio tribuere non dubitarunt.\*)

Econtrario autem, post *Wichmanni* V. Cel. dissertationem in lucem editam alius Medicus eximius *cl. G. E. Conradi* \*\*) se per novem annorum spatium ne unum quidem infantem dentitione laborantem vel conflictantem vidisse contendit.

Utrum vero *Wichmannus* V. C. et qui in ejus sententiam abeunt, an qui illi adversantur, verum amplexi fuerint seu potius veritas medium inter eos locum teneat, dies atque posteriores in diem artis medicae progressus docebunt. —

Interea mihi liceat, quae egomet de dentitionis negotio sentiam, aperire, ac contra *cel. Wichmanni* gravissima argumenta sententiam meam qualemcumque omni, qua decet, modestia in medium proferre.

Nunc vero, quum hanc lucubrationem, ante octo fere menses jam absolutam sub prelum typo-

Λ 2

gra-

\*) Vid. *Wichmanns* Ideen zur Diagnostik, II. Band, Hannov. 1797. S. 16.

\*\*) *Hufelands* Journal d. Med. u. Chir. 5. Bd. 4. St. S. 873.

graphicum mittere statuerim; *cl. D. Blumenthalium Wichmanni* argumenta in singulari libro, \*) eruditionis pleno examinasse moneor, sed quominus eum in consilium adhibeam, temporis angustia prohibet. Peto lectores ut sequentem commentatiunculam, tanquam specimen meae ipsius diligentiae benevole excipere haud dedignentur, ac de illa ut iuvenili opella ex aequo iudicare velint.

---

Corporis humani evolutio fit indefinenter ac continuo a tempore ortus sui usque ad orbitum.

Dum corpus valet ac viget, organicarum partium perfectiones qualibet hominis aetate, — five infantis five senis — inter se sunt congruae.

Natura non semper quidem, sed interdum tantum omnes nervos intendere videtur, ut cum efficacia agat ac mutationes efficiat, quae ad totum corpus pertinent. Saepius vero in singulos agit partes singulariter, eas inprimis fingit formatque, ita ut illum, quem debent, praestare queant usum. Dum natura has mutationes vult efficere, dum partes aliquas ad maiorem perfectionem fingendo promoveri conatur, certum ac diffusum virium modum

\*) Nähere Prüfung der Aetiologie der Zahnarbeit der Kinder gegen den Herrn Leibmedicus Wichmann. 1. Thl. Stendal 1799.

dum habeat necesse est, cui in operando nec desit nec supersit quidquam. Omnes vires vitales debent inter se ac communiter uno quasi tenore ac sine ulla perturbatione in eum operari finem, ad quem natura tendit.

Quodsi vires vitales non operentur aequaliter, aut si adsint operationum impedimenta, seu activa seu passiva, tum opus propositum vel omnino peragi nequit, vel certe aegre tantum efficitur. Quo facto tanta morborum varietas nascitur, quanta causarum in corpore animali existere vel nasci potest. Raro tantum natura in ipsa efformanda parte obstacula offendit. Saepius vero in infirma totius corporis conditione causa latet. Corporis infirmitatem autem vel ex sexcentis cognitis & incognitis, propinquis et remotis, innatis et acquisitis, activis et passivis causis oriri posse, neminem fugit.

Non nisi organica partis perficiendae vitia morbum gignunt protopathicum; alias vero semper a periodica evolutione morbus proficiscatur deuteropathicus, necesse est. Posterius vero dum fit, dispositio non potest non congruere cum causa occasionali. Quodsi dispositio fuerit eximia, tum exigua sane ac levis causa sufficit occasionalis, ad graves effectus et terribiles immutationes adducendas.

Ita v. c. inflammatae auri quilibet sonus, concensus alias gratissimus, avium cantus, immo lenissimus suavissimusque sermo tam est insuavis, ut vix ferendus videatur. Nec minus inimicum deprehenditur inflammato oculo commune lumen diurnum, et ejusdem generis similia.

Ipse naturae nisus, vis suae secundum certas sibi praescriptas leges maxime in hanc vel illam partem, eam ut perficiat exferendae, cum quadam irritatione ipsi naturae repugnante coniunctus est, dum perpoliendum organon, nulla alia morbida dispositione obvia necessariis destituitur viribus, ad naturae studia bene recipienda et rectum ad finem perducenda.

Quin etiam in corpore validissimo quaelibet evolutionis periodus phaenomena gignit morbo haud dissimilia, quae tamen ita levia sunt, ut sensus vix incurrant. Ceterum ea in hominibus, aequae ac brutis adsunt.

Quo longius vero corpus animale a summa valetudinis praesentia aberrat, eo clariora, graviora et magis periculosa sunt symptomata, quae apparent, perinde etiam ipse morbus, ex quo illa pendent.

Quin systema nervorum, tanquam commune organon corporis et animi dum vita viget, sine dubio

dubio quamlibet impressionem recipiat ad immutandum organon utrumque; organon hominis physicum non potest affici, quin etiam psychicum organon immutationes subeat, quae cum gradu et loco irritationis ejusque modo, atque etiam cum individuali et temporali affectione organi physici conveniunt.

Verumetiam reactione animi in corpus gravia possunt effici phaenomena et symptomata, quae haud raro vitae periculum adferunt.

Variam vim, quam irritationes corporales in sensationes nostras exserunt, testantur haec: lenis titillatio gratum et suavem, dura fricatio ingratum et doloris plenum efficit sensum. Sabuli granum vix in ore sentimus, idemque in oculo inflammationem potest generare.

Huc accedit irritabilitas organorum specifica, cujus lege quaedam irritamentorum genera haec, illa, organa movent et alia, intacta quasi, praeterlabuntur.

Aliter etiam operantur irritationes in infantem, aliter in virum, aliter in senem.

Quo tenerioris aetatis infans est, eo teneriores ac infirmiores sunt partes ejus solidae. Imperfecta ossium structura, sensibilitas et teneritudo nervo-

rum,

rum, laxitas telae cellulosae, musculorum molli-  
ties, maior sanguinis copia, eiusque velocior cir-  
culatio, lymphae juxta sanguinem copia, atonia  
systematis vasorum, una cum summa quadam irri-  
tabilitate et sensibilitate; haec omnia sunt infanti-  
lis aetatis, eamque ab adultiorum natura distin-  
guunt. Quaedam organa haud dum plane sunt for-  
mata, adeoque minus apta ad omnia quae opus  
sunt, peragendum; alia vero in infante aliter ope-  
rantur inque alios usus, quam in adultis; alia pror-  
sus desunt, dum alia eorum vicem suppleant.

Hinc intelligitur, quare irritabiles et sensibiles  
partes irritationes et impressiones in hac aetate, etiam  
cum minore reactione vera, tam facile concipiant.  
Itaque omnes infantilis aetatis morbos facilius dolo-  
res et convulsiones, quam illos adultioris aetatis  
consequuntur. Hinc porro intelligitur, quam fre-  
quenter aegrotationes in illa aetate ad alias causas,  
quam in hac, referendae sint.

Inde vero quoque in propatulo est, quam sit  
difficile, infantum morbos ex symptomatibus vere  
definire, eoque difficilius, cum aegroti infantilis  
aetatis sensus suos verbis exprimere minime va-  
leant. Haec omnia mihi esse videntur causae,  
cur complures Medici in difficili infantum denti-  
tione

tione iudicanda et curanda tantopere a se invicem discedant.

*Brevis dentium physiologia.*

Dentes hominum uti et plurimorum calido sanguine praeditorum animalium constant ex ossea substantia ideoque ossibus sunt adnumerandi, licet a reliquis ossibus formatione et substantia quodammodo differant.

Prima dentium futurorum stamina in foetu visibilia in tertio et quarto graviditatis menseprehendimus. Ex quatuor seu quinque pulvisimilibus corpusculis constant, a crassa, pituitosa, vasculorum plena cute inclusis. In dentibus incisoriis primum hanc formationemprehendimus, qui etiam primum formantur. In quinto mense prima apparet ossificatio, nimirum tot puncta ossificationis, cernimus quot in futuro dente ossium acuminata sunt.

Hoc tempore etiam alveoli s. praeseptola dentium facilius conspiciuntur, quae tum primum una cum dentibus efformantur, sed simul cum novissimis amissis dentibus plane pereunt.

Triplex vero est dentis perfecte formati substantia.

I. *Substantia ossea*; quae consistit ex terra calci simili et substantia minerali; interiorem corporis,

ris, collum et magnam radicis partem efficit, in fractura radiata est, et mollior quidem quam S. vitrea, verumtamen durior, quam solidissima et firmissima totius nostri corporis ossa deprehenduntur.

II. *Substantia vitrea.* Haec continet animalem, pituitosam materiam, ab illa substantia exsudatam; obducit dentis coronam sed ipsa nullo perioestio est induta, colore est lacteo, omnium corporis nostri partium minime organica, vi sese reproducendi minime gaudet, sine ullo detrimento aëri exposita esse potest.

III. *Substantia cornea.* Haec inferiori dentis radicis parti propria est, postremo formatur, ac denuo primum, dum primi dentes in eo sunt, ut excidant, a vasis forbentibus absorbitur, inprimis in vetustis dentibus est mollior, quam reliqua pars S. osseae, fere pellucida et quasi cornea.

Quilibet dens interius habet cavernam, sua figura cum dente consentientem, cui est intrinsecus laevis superficies, vasis sanguiferis nervisque repleta. Vasa sanguifera oriuntur ab Arter. max. sup. et infer., nervi a secundo et tertio ramo quinti paris. Nervi et vasa sanguifera per subtile foramen, quod cuilibet radici ab inferiori parte est, in dentis cavernam abeunt. Dentis cavernam et exteriorem  
radicis

radicis partem, vestit tenue vasculosum perioestium, quod vero, ubi relinquit dentem, et quo loco subst. vitrea orditur, gingivae adhaerescit.

Quoad speciem externam dens omnis dividitur: in *corpus, collum, radicem* et *vitrum dentis*; seu; in *coronam, collum* et *radicem*.

Hoc respectu dividuntur:

- a) In VIII. dentes incisores, f. incisivos, f. primores, L.
- b) - IV. - caninos.
- c) - VIII. - bicuspidēs, f. bicuspidatos Hunteri.
- d) - VIII. - molares.
- e) - II vel IV. - sapientiae.

Dentes bicuspid. Hunt. habent saepius plures quam duas cuspidēs, itaque potius dentibus molaribus adnumerantur.

Quod tempus eruptionis attinet, dentes dividuntur:

- a) in dentes *lacteos*.
- b) in dentes *fixos*.

Infantes aequè raro cum dentibus nascuntur, quam dentes alias fixi in summa senectute cum novis permutantur.

Dentium eruptio a sexto usque ad nonum mensem incipit post nativitatem, ubi plerumque hoc ordine prodeunt:

Par

Par medium incisorum inferiorum ; idem par superiorum post aliquot hebdomades. Elapso eodem temporis spatio duo incisores superioris et tum duo incisores inferioris maxillae.

In fine primi aetatis anni primi dentes molares s. bicuspid. Hunteri, primum in inferiore, tum in superiore maxilla prodeunt. Iam vero apparent dentes oculares superiores, tum inferiores ac in fine anni secundi reliqui dentes molares.

Sub annum septimum et in sequentibus dentes lactei, numero viginti, amittunt substantiam corneam et partem substantiae osseae suae radices, moriuntur et excidunt. Uti dentes lactei excidunt, ita dentes fixi eodem ordine, quo illi primores, proveniunt.

Hi dentes fixi non ante tempus suum prodeunt, etiamsi dentes lactei vi externa perierint.

Irrefutabiles et certae observationes docent, etiam plane efformatos dentes substantia vitrea tectos, magnitudinem et firmitatem dentium hominis viginti annorum aequantes in ovariis hydatosis esse repertos. Ita reperit *cel. Murray* os in ovario hydropico, in quo dentes incisores, canini et molares contenti erant. Nec minus celeb.

celeb. *Blumenbachius* \*) in simili ovario octo ossa invenit, quorum quatuor sedecim dentibus instructa fuere, praeterea etiam novem dentes singulares. Hi quoque dentes omnis generis fuere. Neque solummodo in graviditate imperfecta, verum etiam in admodum juvenibus puellis, quae nunquam coierant, quarum vero ovaria vitiosa erant, reperti sunt dentes. \*\*)

*De dentitione infantum difficili.*

Infantium dentitio pertinet ad naturales corporis evolutiones, adeoque per se et secundum naturae legem in corpore sano \*\*\*) morbus dici nequit, neque symptomata, quae quidem sensus incurrant, morbosa in tali corpore eam comitantur: ut sine omni molestia fiat, pariter ac prima mensium apparitio, et quae sunt similia.

Hacc

\*) Vid. Medic. Bibliothek. Bd. I. S. 153.

\*\*) *Baille* und *Sömmering*. S. 230. sq.

\*\*\*) *I. D. Brandis Versuch über die Metastasen.*  
*Hanov. 1798. S. 214.*

„Die gesündesten Kinder, inquit, sind dieser  
„unglücklichen Krankheit unterworfen, selbst  
„oft mehr unterworfen als schwächere Kinder.

Hac de re prorsus dubito et accedo *Hieron. Mercurialis* iudicio: „Comperzum enim est, naturam  
„non intendere morbos neque facere.“

Num

Haec quidem dentitio, quae in infante vere sano nequiquam morbus est, sub certis quibusdam conditionibus periculosissimus, quin etiam lethalis morbus evadere potest:

I. *Ex seminio, sive in dispositione universali aut particulari, sive in tenui prorsus ac morbosa constitutione corporis infantilis lateat.*

II. *Ex morbo jam efformato, ut ita dicam, qui in dentitionis periodo infantem oppressit. v. c. variolis, morbillis, tussi anhela et cet.*

III. *Ex organicis vitiis partium earum, ad quas dentitionis negotium quam maxime pertinet. Haec vero habent sedem suam in monstrata formatione alveolorum, seu in eo, quod plures dentes simul prorumpant, etc.*

IV. *Ex eo etiam, quod plures harum causarum simul adsint.*

*Ad I.*

Num pro certo hic aliquid affirmare possumus? Num semper in corpore aegrotantis explorando ita versamur, ut sine dubio infantis sanitatem colligere queamus? Quam fallacia sunt vulgaria signa, unde bonam seu adversam valetudinem judicemus! Nonne sunt morbi, qui sub optimae valetudinis specie mirum quantum fallunt, iique periculosissimi sunt?

*Ad I.* Haec ad morbum dispositio constat in proportione minus naturali cohaerentiae partium solidarum et in sublato aequilibro virium. Causae huius dispositionis particularis sunt vel hereditariae vel acquisitae. Parentes valetudinarii, nimia irritabilitate, sensibilitate vexati vix unquam sanos et robustos infantes procreabunt, ipsaque prava educio physica, absente etiam eminente seminio naturali, infantis constitutioni tantum detrimentum adferre valet, ut naturales evolutiones sine damno ferre nequeat.

Diagnosir irritabilitatis repugnantis naturae, ex eius effectibus colligitur; utpote quod applicatas et determinatas potestates incitantes fortior incitatio quam in sano corporis statu consequatur. Excipiunt hanc dolores, spasmi, convulsiones.

*Ad II.* Hinc in hac infantilis evolutionis periodo, ubi natura omnes nervos intendat eorumque impetum ita dirigat, necesse est, ut iusta ratione, iustoque tenore nec ullo alio modo operentur, hinc, inquam, alienae irritationes v. c. tussis anhelata, sordes primarum viarum et cet. summam irritationis naturalis et irritabilitatis augere et morbidam efficere possunt.

Atta-

Attamen potest etiam evolutionis negotium non minus in praesentem, a dentitione prorsus separatum, et per se existentem morbum influere, eumque reddere irregularem, ejusque decursum ordinarium interpellare, sicuti viceversa morbus naturalem evolutionem interpellat.

*Ad III.* Haec vitia etiam sine ulla conjunctione cum aliis supra nominatis, in corpore infantili periculosissima symptomata generare possunt. Omnia hic pendent e natura et sede mali. Si v. c. gingiva fuerit callosa, tum ut per se patet, appropinquante dente, non secundum naturae ordinem se explicare dentique eum patefacere valet, uti fit in constitutione corporis sana.

Quodsi dentium et processuum alveolorum simul fingendorum, incremento, nulla sit naturalis proportio, si adfuerint impedimenta; tum morbida irritatio oriatur necesse est, quae in hac aetate, in qua proportio partium fluidarum ad solidas maior est, ac vasa sunt multo plura, naturales sanguinis congestiones ad has partes adauget, unde vasa intumescunt, spatium inter crescentem dentem eiusque alveolos coarctant, genus nervosum perturbant et sic plurima mala adducunt, quae multi scriptores,

quo-

quorum infra mentionem faciam, primo difficilis dentium eruptionis stadio adnumerant.

Gingiva constat ex tela cellulosa; dum corpus valet, est pars fere insensibilis ossium instar, sed morbo ingruente, non omni sensu caret, potest inflammari, potest etiam idiopathicos et consensuales dolores et cet. procreare.

Gingivam vero, in qua nullum organicum vitium conspicitur, licet alias minus sit sensibilis, in corpore sano sensibiliorem fieri, ac nervum gingivae, cum nervo intercostati connexum, fortiori stimulo dentis prorumpentis infueta ratione irritari posse; quilibet non potest quin concedat, qui observationes et experimenta *I. Hunteri et C. F. Richteri* legit. *Cel. Richter* noverat robustum et sanum hominem, qui decimo septimo aetatis anno nonnullos dies continuos acutissimis convulsionibus plus vice simplici vexabatur. Aegrotus querebatur de doloribus in ore, tum medici videbant dextrum dentem caninum superiorem, qui adhuc defuerat, in eo esse, ut prorumpat. Tum felicissimam prognosin augurati sunt, quae etiam non fefellit. Terribiles convulsionibus prorsus cessarunt, nec unquam

B

rediere,

rediere, simulac dens proruperat. \*) *I. Hunterus* \*\*) plura exempla narrat, ubi derepente dolor, convulsiones et omnia mala cessarunt, postquam gingiva dissecta fuisset.

Vulgaria symptomata, unde difficilis infantum dentitio colligi potest, haec sunt:

I. Multiplicata salivae secretio in ore; seu

II. Dum prorsus saliva non fecernitur.

*Adnotatio.* Si stimulus dentis perrumpentis est tantum modicus, vel si potius partes in quas crescens dens operatur, irritationem non facile recipiunt, tum secretio sputi est aucta; si vero hae irrationes sint magnae et fortes, tum secretio, quoniam vasa spasmodice clausa sunt, omnino cessat, os ficcatur, labia expallefcunt, extremitates refrigescunt et febris ingravescit.

Similia phaenomena apparent in pulmonum inflammatione, quae ad summum evasit gradum, in

gonor-

\*) Vid. *C. F. Richters* Bemerkungen über die Entstehung u. Behandlung verschiedener Arten von Fiebern. Halle 1785 S. 292.

*Ejusd.* Beyträge zu einer practischen Fieberlehre. Berlin 1795. S. 569. fq.

\*\*) *V. Iohn Hunters* natürliche Geschichte der Zaehne und Beschreibung ihrer Kranckheiten. Aus d. Engl. überf. Leipzig 1780. S. 271. fq.

gonorrhoea et cet. ubi effluvium sistitur ac ne tenuissimus quidem vapor per vasa penetrare potest.

III. Omnia reliqua organa se - et excretoria similes mutationes patiuntur, aut per sympathiam nervorum, aut mechanicum nexum fibrarum et cet. explicabili seu inexplicabili ratione. Urina praeter naturam fluit, seu prorsus opprimitur. Potest, postquam aliquam diu oppressa fuerat, ut et saliva, quam celeberrimus *A. F. Hecker* \*) corrosivam reperit, quamque rabidi canis miasmati similem putat, (in eo nempe omnem suam hypothesein de difficili dentione sistens) acrimoniam corrosivam accipere, et praeputium penis, quod ego quidem ipse in hoc morbo adnotavi, et urethram inflammare, ideoque et veram et falsam gonorrhoeam generare.

Haec vero acris natura humorum, quos blandos natura esse voluit, non nisi in summo morbi gradu locum habere potest, et tum quidem, quum cessante irritabilitate se - et excretiones denuo procedunt et humores adhuc retenti adeoque corrupti, naturam induerunt, quae effectum habet deleterium. Secretio bilis nec minus augetur,

B 2 inde

\*) *Ej. Magazin für die pathologische Anatomie und Physiologie*, 1 Heft. Altona 1796. P. 108. 199.

indeque totus canalis intestinalis magis irritatur. Ideoque in infimo morbi gradu diarrhoeam, quae naturam habet biliosam, videmus, in summo vero gradu alvi obstructionem, ac inde prognosin auguramur.

IV. Omnis vultus doloris sensum exprimit, ac omnis pars ejus inferior cum glandulis maxillaribus intumescit.

V. Lactans in lactando infantem calorem et adustionem in ejus ore sentit.

VI. Infans libenter omnia sibi obvia mandit.

VII. Somnus ejus est irrequietus et naturae minus conveniens.

Haec omnia sunt signa irritationis localis, quae sicut ipsi gradus irritationis differunt. Ad omnia attendamus phaenomena eaque inter se conferamus, ut certa diagnosi inde colligatur.

*Difficilis dentitionis curatio.*

Neque in lacte canino seu ovino et leporis cerebro, neque in sanguine cristae galli gallinacei; neque in amuletis, neque in hirudinibus, neque in vesicatoriis, neque sale alcalino, neque in opio, neque in mercurio ac non magis in incisione gingivae medicus prudens nostris quidem temporibus in hoc morbo solam fiduciam ponet, nec ab his

five

sive efficacibus sive minus efficacibus remediis omnimodo specificum effectum expectabit, sed potius indicantia, consentientia et jvantia accurate exquiret, tum indicationes rite constituet, ac talia remedia caute adhibebit, quae effectui et magnitudini caussarum, vehementiae et durationi morbi et aetati infantili conveniunt.

---

Iam vero ad propositum meum redeo, *cel. Wichmanni* gravissima argumenta contra difficilem dentitionem \*) examinandi et quae illis obstaré mihi quidem videntur, proponendi.

*P. 20.* „Das geschwollene etwas haertliche „Zahnfleisch ist, nach scharfer Untersuchung der „Kinnladen, kein gewisses Zeichen der schweren „Dentition; denn selbst bey dem ganz gefunden „Kinde entdeckt man *allezeit* gern dieselbe rothe „erhabene Stelle des Zahnfleisches, ohne das das „Kind einen Schmerz, selbst bey dem Berühren „dieser Geschwulst verriethe, sondern höchstens „ein lücken, Kitzeln oder dergl.“

B 3

Quo

\*) V. Im zweyten Theil seiner *Ideen zur Diagnostik*,  
Hannov. 1797.

Quo loco dens perumpere debet, ibi eadem rubicunda gingivae elevatio, quae in sanis, etiam in aegrotis infantibus, locum habere debet. Fieri omnino nequit, quin gingiva ab ipso dente afficiatur et extendatur, ut denti locum relinquat.

Gingiva sana et vitiorum expers, cum digito contrectetur, dolorem sentire non potest, at in gingiva male sana et irritata jam minima titillatione dolores efficiuntur. Tum vero tactus gingivae lenior tantum irritatio est, quae a vehementiori, qualis in dente est gingivam contendente, opprimitur, ita ut ne sentiat quidem.

*P. 20. fq.* „Gerade diese auf eine kleine Stelle „eingeschränkte Erhabenheit zeigt sich zu einer „und derselben Zeit an 4 Stellen, wenn 4 Zähne „in gleichem Wachstume begriffen sind, bey „gefunden wie bey kranken Kindern.“

Si *unus* dens prorumpens *unam* protuberantiam generat in *uno* loco, non potest fieri, quin *quatuor* dentibus prorumpentibus *quatuor* tuberantiae oriantur.

*P. 21. fq.* „Solche Faelle, als man in *Fickers* „Beytraegen zur Arzneywissenschaft 1796. S. 80. „beschrieben liest, sind aeusserst selten, von der „Natur abweichend, und von der gewöhnlichen selbst

„selbst als schwer angenommenen Dentition unter-  
„schieden, und man beschreibet sie als eine Merk-  
„würdigkeit. Erst, in so sehr seltenen Faellen, wo  
„etwas wirklich so sichtbar und fühlbar am Kiefer,  
„am Gesichte u. s. w. existirt und schmerzhaft ist,  
„nehme man wirkliche Krankheit an.“

Vide quaeso, *Wichmannum*, virum optimum, observationes difficilis dentitionis infantum prorsus negare non posse. Cur vero difficilis dentium eruptio in infantibus adeo raro sit? Num adeo raro, atque in infantibus tam paucis, partes denti proximae a dentis proruptione possint affici, ut idiopathica ac consensualia inde sequantur?

*P. 22. sq.* „An den Augenzähnen, wo man die sogenannte Entzündung am deutlichsten bemerken muß, findet man jene verdächtige rothe Erhöhung nicht einmal, und auch dann noch nicht, wenn sich schlimme Zufälle als Folgen einer schweren Dentition zeußern.“

Plurimorum praestantissimorum medicorum experientia docet, eruptionem dentium caninorum esse difficillimam. Et praeterea num omnis hic morbus ex parva rutila elevatione pendeat?

*P. 23. sq.* „Auch da, wo das Kind sich schon ausdrücken, oder bestimmt angeben könnte, was

„ihm Schmerz errege, und wo der Sitz derselben  
„sey, d. h. gegen das Ende des zweiten Jahrs  
„seines Lebens, wo gewöhnlich erst die Augen-  
„zähne zum Vorschein kommen, klagt es nie  
„entscheidend über einen dafelbst empfundenen  
„Schmerz, auch alsdann nicht einmal, wann man  
„es ausdrücklich darum befragt.“

Dentes canini plerumque non in fine anni  
secundi proveniunt, sed multo maturius. *Blu-*  
*menbachius* \*) V. C. „*sie brechen*, inquit, *zu*  
*„Ende des ersten Jahrs hervor.“* Ego quidem  
eorum apparitionem usque ad medium anni secundi  
procrastinare, et quaerere velim; annon *infans*  
in hac aetate sit *nimis infans*, quam qui sedem  
dolorum verbis possit declarare? Quod si etiam  
possit fieri, nonne a doloribus infantis consensua-  
libus dolores veri redduntur fallaces? Nonne hoc  
etiam in adultis fere quotidie conspicitur?

P. 24. sq. „Selbst dann entsteht noch nicht  
„einmal Schmerz, wenn ein Zahn auf eine wider-  
„natürliche Art hervorkommt, oder wo sie hinter-  
„einander wachsen, und zwey Reihen formiren.“

Causa

\*) Ej. Beschreibung der Knochen. S. 254.

Causa occasionalis magni momenti esse potest, nec tamen morbus oriri; si nulla peculiaris dispositio, nulla conceptibilitas morbi adest.

Lignum humidum igni satis diu expositum esse potest, antequam flammam concipiat. Num vero cel. *Wichmannus* tam frequenter animadvertit, dentes infantum minus naturali modo sine doloribus ac molestiis exiisse ut inde aliquid colligat, quod constanter atque in universum valeat?

P. 25. „Wenn bey einer so sichtbaren Krankheit die beschuldigten Theile nicht leiden, wie wird man dergleichen da annehmen dürfen, wo alles in der Ordnung, nach dem Laufe der Natur ohne Gewalt, langsam u. s. w. geschiehet.“

Ubi *cuncta* secundum ordinem et naturam sunt, ibi est sanitas, non morbus, nulla dentitionis difficultas.

P. 25. sq. „Eben so wenig waere es glaublich, daß ein Kind den Durchbruch eines Zahns überleben würde, dem schon vor seiner Geburt ein Zahn waechset, wo alles noch so wenig in der Ordnung ist, und sich noch nichts zu dergleichen Knochenwuchse vorbereitet hat.“

De ejusmodi infantis vitae duratione nullum relinquitur dubium, nec est cur mireris, si memi-

neris, infantem in utero materno tantum vegetare, ideoque monstra in certam magnitudinem excrescere ac valere posse, quae in lucem edita non possunt vivere. Cur infantes in ultero vitam amittant, quia unus vel bini dentes citius in iis creverint ?

*P. 28. 34.* „Nun sagen die Zergliederer und „die besten neuesten physiologischen Schriftsteller, „dafs das obere Zahnfleisch ein beynahe ganz „unempfindlicher Theil sey, schlagen daher auch „einen Einschnitt als unschmerzhaft vor, und doch „— soll der Schmerz des Zahnfleisches die Ursache „grosser Zufalle werden können!!!“

Quodsi anatomici et physiologi gingivam ut partem fere insensibilem describunt, tum id de ejus sana constitutione ac non irritata intelligunt. Et si ejus sectio acuto cultello facta dolores haud sane magnos adferat: tamen eos minor, sed continua irritatio dentis adferre potest. Cultellus uno temporis momento dividit gingivam, obtuso denti pluribus diebus opus est, quin hebdomadibus, antequam perrumpere possit, fibras jam irritatas, nec non nervos et vasa sanguifera magis magisque intendit, eosque sensibiliores et irritabiliores reddit.

*P. 36.* „Wenn die Vertheidiger der Denti- „tion wircklich zugeben, dafs die Zufalle noch „fort-

„fortdauern, da der verdaechtige Zahn schon durch-  
„gebrochen ist (*Richters Anfangsgründe der Wund-*  
„*arzneykunst* B. 4. S. 97.) so erkennet man leicht  
„das Zweydeutige dieser pathologischen Erkläerung.

Tempore mihi non possum, quin huc cel.  
*A. G. Richteri* adscribam verba:

„In den gewöhnlichen Faellen verschwinden  
„die Zufaele, sobald der Zahn durchgebrochen ist.  
„Zuweilen aber dauern sie noch fort. Dieser Fall  
„ereignet sich manchmal bey den Hunds- und Ba-  
„ckenzaehnen. Die obere Spitze der Hundszaehne  
„erregt anfaenglich immer nur eine sehr kleine  
„Oeffnung im Zahnfleische, die der folgende all-  
„maehlig dicker werdende Theil des Zahns mehr  
„und mehr erhebt. Und so lange diese Ausdeh-  
„nung dauert, dauern zuweilen die Zufaele des Rei-  
„tztes fort. Nach dem völligen Durchbruch eines  
„Backenzahns bleibt zuweilen ein schmales Fleisch-  
„band, manchmal nur ein Faden vom Zahnfleische  
„zurück, welcher auf der obern Flaechen des Zahns  
„liegt, und sehr gespannt ist. Diese Zufaele hö-  
„ren nicht eher auf, als bis dies Band zerrissen  
„oder durchschnitten ist.“

Quis dubitet *Wichmannum Richteri* verba aliter  
intellexisse ac intelligenda fuissent? Durante caussa,  
effectus

effectus cessare nequit. Symptomata etiam perdurare possunt, quia ab aliis dentibus recens prorumpentibus continuantur.

*P. 38 sq.* „Das Kind öffnet deswegen nicht „gerne den Mund, oder mag deswegen fast gar „nichts in den Mund nehmen, weil es wirkliche „Schmerzen daselbst empfindet, nicht am Zahnfleisch, sondern an den Lippen, an der Zunge, und „in der übrigen Höhle des Mundes; und diese entstehen von Schwaemmchen, bey welchen das „Speicheln eine sehr gewöhnliche Erscheinung „macht. Trifft man keine Schwaemmchen an, so „kann da eben so leicht irgend ein anderer Reitz „an den Speicheldrüsen oder an den Oeffnungen der „Speichelgaenge denselben veranlassen, als der von „Dentition.“

Aphthae minime frequenter aderunt, et quodnam aliud leve irritamentum continuo hic agat, nec tamen scrutantis oculo, sese prodat, nec cum saliva profluente evanescat, nisi ab erumpente dente proficiscatur? Cur nota et cognita deseramus, et in aliena et incognita transeamus, quae neque videre neque detegere possumus?

*P. 46.* „Unter den von Dentition hergeleiteten Krankheiten muß es auffallen, *Schlafllosigkeit*

„keit

„keit und schlaffüchtigen Zustand neben einander  
„gesetzt, und zwey so entgegen gesetzte Beschwer-  
„den aus einer und derselben Ursache erkläert zu  
„sehen.“

Id non magis mirum videri potest quam quod  
irritatio gratam sensationem et robur corporis et  
vitae conservationem eaque iterum obtundere sensus  
et confundere, vitamque delere possit. Omnia haec  
ex irritationis gradu pendent, magis vero ex concep-  
tibilitate corporis et organi irritationem patientis.

P. 48. „Warum sollte die so willkührlich an-  
„genommene Zahnarbeit nun ausschliesslich die fast  
„einzige Ursache von Zuckungen seyn?“

Nemo, qui cum ratione dentitionis patrocinium  
gerit, convulsiones et spasmas exclusive et fere uni-  
ce, — quod *Wichmannus* V. C. quidem credere  
videtur — difficili dentitioni, tanquam suae causae,  
tribuet. Nec quemquam, qui de hoc morbo  
scripsit, id fecisse arbitror.

P. 61. 63. „Aus der schwankenden Pathologie  
„und Diagnostik der Dentition wird man nun leicht  
„auf die Mittel und Behandlung schliessen, wo  
„alles auf ganz unphilosophisches Verfahren, auf  
„die erbaermlichste Empirie hinauslaeuft, und wo  
„kein vernünftiger Arzt laeugnen wird, das man  
„gewiss

„gewifs mit keinem derselben die eigentliche Absicht erreichen könne.“

Id quidem de veterum tantum medicorum medela valet? Fac priscos medicos ineptissima adhibuisse remedia ad morbum curandum, quae nostris temporibus cum melioribus permutari possunt; num hanc ob causam ipsum morbum negabimus? Prudens medicus hodie nec lac caninum, nec sanguinem ex crista galli gallinacei, nec amuleta et cet. contra hunc morbum adhibebit, nec adhaerebit, meliora edoctus observationibus et praeceptis doctissimorum ac experientissimorum Medicorum recentioris aevi.

P. 76. sq. „Noch einige allgemeine Reflexionen: Wenn die Natur nicht bey dem Wachsen und der Entwicklung des ganzen Körpers überhaupt durch das *Allmächliche* die größten Wunder verrichtete, oder dadurch selbst in einem wirklich krankhaften Zustande nicht auch oft die größten Hindernisse höbe, ohne welches viel zerreißen oder zerspringen würde, so sollte man glauben, müßte es bey dem ungleich weniger als bey Zaehnen geschliffenen Knochen der Hirnschaale mercklich werden, wo sich die Suturen bilden, und mit ihren zackigten Spitzen in  
„ein-

„einander greifen oder draengen, oder wo sich  
„die Fontanelle allmachlich schliesset. Könnte  
„nicht vielleicht das Pericranium oder die harte  
„Hirnhaut hier ungleich leichter als das schwam-  
„migte Zahnfleisch bey den Zähnen, gereizet werden?“

Cranii ossa a cuticulis generantur et in dupli-  
catura pericranii et durae matris formantur. For-  
matio futurarum cranii multo plus temporis requirit,  
quam dentium eruptio. Nulla sutura paucis heb-  
domadibus crescit, quarum spatio dentes prorumpunt.  
Incrementum futurarum fit lenta ossificatione,  
verum ut dentes exeant vera alveolorum relaxatione  
in maxillis ossibus, per crescentem durum osseum  
dentem, et gingivae disiunctione opus est.

P. 78. a. „Der Wachsthum der Naegel an  
„Haenden und Füßen könnte auch eben so leicht  
„als der Wachsthum der Zähne, und vielleicht  
„noch weit öfters die Ursache von grossen Zufael-  
„len werden, da die Nachbarschaft der Naegel aus  
„ungleich empfindlichern Theilen besteht.“

Ungues jam oriuntur, crescunt ac effiguntur in  
utero. Dentes vero ibi non nisi rarissime  
perrumpere solent.

P. 79. b. „Was überhaupt in der Natur des  
„Körpers liegt, d. i. bey gesundem Zustande im-

„mer

„mer, bey jedem Thiere geschieht, ist keine  
„Krankheit.“

At nonne potest fieri morbus per res quae circumstant fortuitas extraneas?

P. 79. c. „Waere der Wachsthum oder  
„Durchbruch der Zaehne in Stande eine grosse  
„Krankheit zu erregen, so follte man glauben, er  
„müfse am ersten die erregen, welche in den Kinn-  
„laden selbst merklich wird, den bey Kindern so  
„gewöhnlichen Kinnbackenkrampf, *Trismus*. Aber  
„unglücklicher Weise entsteht dieses grosse Uebel  
„nur bey Kindern in den ersten Tagen ihres Lebens.“

Si hic morbus tantum in primis vitae infantilis diebus oritur, certe nunquam a dentitione potest oriri, tum enim nondum dentes perrumpunt.

P. 80. d. „Wenn man zuweilen bey erwach-  
„senen Personen von dem Durchbruche des Weis-  
„heitszahns schmerzhaftes Zufälle entstehen siehet,  
„so ist dies mehr wahre Krankheit, ist nicht in der  
„Ordnung der Natur, ist Abweichung, Anomalie,  
„kein natürlicher Zustand. Der Raum für den  
„Zahn ist zu sehr beengt, und er findet ganz an-  
„dere Hindernisse, die gewifs nicht im Zahnflei-  
„sche allein liegen, das Zahnfleisch ist fester, mehr  
„membranös, als schwammicht, wie bey Kindern.“

Con-

Concedam gingivam in adulto solidiorem esse magisque membranofam quam in infante; attamen irritatio dentis perrumpentis in adulto profecto non tam facile inflammationem et nervorum symptomata generare potest, quam in infante. In aetate infantili omnia magis et fortius corpus adficiunt, quam in adulta. Biliosae irritationis gradus, quo in infante convulsiones gignuntur, ab adulto vix potest sentiri. Irritationis conceptibilitas hic plus efficit, quam modus irritamenti.

P. 83. e. „Auch darf man nicht den bey Erwachsenen sehr oft von hohlen Zaehnen entstehenden Schmerz und den entzündlichen Zustand mit Dentition bey einem Kinde vergleichen.“

Quisnam hoc fecerit?

„Dort ist wahre Entzündung die sich nach den musculösen Theilen, dem ganzen Kiefer u. s. w. verbreitet, und hat seinen Grund in dem Nerv des angegriffenen Zahns.“

Nonne etiam in summo dentitionis gradu inflammatio in dictas partes diffusa est?

---

Iam vero quilibet aequus arbiter isque rerum medicarum peritus de *summi Wichmanni* senten-

C

tia

tia iisque, quibus nititur, argumentis, et de meis qualibuscunque iis oppositis ipse libere judicare vetit.

Neutiquam vero quisquam sibi persuaferit, me dentitionem causam omnium morborum infantilium existimare. Tantummodo causam morbi negari nolim, cujus symptomata et eventus experientia satis explorata mihi videntur.

Dentium eruptionem et permutationem etiam in plurimis brutis cum molestia et periculo esse conjunctam, docet. *illustr. Blumenbachius.* \*)

Plurimi leones juvenes durante dentitione mori dicuntur. \*\*)

Multos vero etiam medicos, complurium morborum infantilium, qui non statim variolarum efflorescentium instar lucide apparent, causam in dentitionem difficilem conferre et hac opinione dentes, morbi rite curandi tempus praetermittere; nemo non intelliget, cui non desit occasio communem in vita inspiciendi praxin.

\*) l. c. S. 255.

\*\*) *Tb. Shaws Travels through Barbary et cet.* ad 2 Lond. 1757. p. 171.







*Ad I.* Hae  
proportione m  
solidarum et in  
huius dispositio  
vel acquisitae.  
tabilitate, sensib  
robustos infante  
cio physica, ab  
rali, infantis co  
ferre valet, ut  
ferre nequeat.

Diagnosis in  
eius effectibus c  
determinatas po  
quam in sano c  
piunt hanc dolo

*Ad II.* Hic  
do, ubi natura  
impetum ita dir  
iustoque tenore  
hinc, inquam,  
la, sordes prin  
tationis naturali  
dam efficere po

dispositio constat in  
cohaerentiae partium  
bro virium. Causae  
sunt vel hereditariae  
tudinariii, nimia irri  
vix unquam fanos et  
, ipsaque prava edu  
nimente feminio natu  
um detrimentum ad  
lutiones sine damno  
ugnantis naturae, ex  
ote quod applicatas et  
ntes fortior incitatio  
consequatur. Exci  
convulsiones.

ilis evolutionis perio  
s intendat eorumque  
est, ut iusta ratione,  
o modo operentur,  
ones v. c. tusis anhe  
et cet. summam irri  
tis augere et morbi

Atta-

